



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

§. 1. Quæ donatio omnium bonorum censeantur validæ, & sustinendæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



Ibet piam causam infuinatione indigeat? Affirmant Anton, Gom. r. r. v. r. e. q. num. 10. & plures relati à Gabriele lib. 3. *commun. opin. ubi de donationib. conclus. l. n. 28.* Ducuntur, quia in leg. illud Cod. de sacrosanct. Ecclesiis, permilla donatio est absque infuinatione vsque ad 500. solidos tantum si fiat Ecclesiis, hospitalibus, pauperibus, ciuitati, alteriue loco pio. Quod postea confirmatum fuit in leg. sancimus in prim. s. alias vero Cod. de donat. Et licet in leg. penult. Cod. eodem tit. pro redemptione captiuorum, & in reparationem domus diruta permilla sit donatio, quantumuis excedens absque infuinatione. Non est tamen censenda permilla pro aliis pijs operibus. Tum quia à lege antiqua non est recedendum, nisi quatenus à noua fuerit expresse derogatum. Neque in casu dubio legis correctio inducenda est.

3 Ceterum longe probabilius est donationem ad quamlibet causam piam nulla indigere infuinatione, vt valida & firma sit, non solum in foro conscientie, sed etiam in foro exteriori etiam ciuili, & seculari. Sicut docuit Abbas in cap. relatum l. n. 4. de testam. Bart. leg. illud Cod. de sacrosanct. Eccles. Felin. cap. 2. ecclesiastica sancte Maria n. 81. de constituti. ionib. Angel. verbo donatio. l. 1. §. 20. Sylu. eodem q. 4. Eman. Saa n. 1. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio q. 17. Moh. tract. 2. d. ff. 279 §. his tamen Rebell. 2. p. de oblig. iustit. lib. 18. q. 7. Less. lib. 2. cap. 28. dub. 1. 3. num. 10. 2. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 3. tract. 4. cap. 12. q. 4. Matien. lib. 5. compil. regia tit. 2. leg. 2. Gloss. 3. circa finem. Duenas regula 2. 14. & alij passim.

Fundamentum est quia leges ciuiles reddentes donationem piam excedentem 500. solidos infirmam, cò quod absque infuinatione facta sit nullam vim habent cum non fuerint à Pontifice approbatæ. Non enim principes seculares leges ferre possunt Ecclesiæ, animarumque spiritali salutis præiudicantes, at prædictæ leges irritantes donationes pias alioquin validas, bono Ecclesiæ obsum, & pietatem fidelium impediunt. In nullo igitur euen. tu vim obinere censenda sunt. Præterea probabilitate non caret, eam leg. penult. Cod. de Donationib. abstulit infuinationis necessitatem à donatione in redemptionem captiuorum, & in reparationem domus diruta eam abstulisse ab omni donatione pia, & gratia. exempli illos duos casus appositos esse. Cum non sit aliqua specialis ratio cur donatio in reparationem domus etiam diuinit excipiatur potius quam reparatio Ecclesiæ, hospitalis, alteriusue loci pij; nec cur excipiatur donatio in redemptionem captiuorum potius quam donatio in alendo pauperes, dotandas virgines, & similia.

4 Secundo donatio absque infuinatione consistit, si facta sit à principe alicui priuato. Vt deciditur. leg. sancimus §. exceptis Cod. de donationib. leg. vlt. §. vlt. Cod. de quadriennia præscrip. & leg. 9. regia tit. 4. part. 5. vel è contra si facta sit ab homine priuato principi. Authent. item à priuatis. Cod. de donationib. & Authent. vlt. non fiant pignorationes §. vlt. & dicta leg. regia 9. Etenim cum infuatio ex ipsius principis voluntate pendeat etiam in iure hæc exceptio non haberetur ex ipsa rei natura nascitur.

5 Tertio quælibet donatio facta à magistro militum, scilicet duce ipsis militibus de rebus mobilibus ipsius ducis, aut de huiusmodi spoliis infuinatione non indiget. ex leg. penult. Cod. de donationib.

6 Quarto donatio reciproca, remuneratoria, & ob causam aliquibus ex quibus est Andr. Fachin. lib. 3. controu. cap. 28. placet infuinatione indigere. Tum quia sunt vere donationes. leg. quod autem §. si vir ff. de Donationib. inter virum, & vxor. leg. 1. leg. affectionis ff. de donationib. At omni donationi excedenti summam 500. solidorum statuit. leg. sancimus Cod. de donationib. infuinationem requisitam esse ibi omnem donationem, &c. Tum quia ratio exigendi infuinationem, quæ est vitatio doli & fraudis æquæ in his donationibus reciprocis, remuneratorijs, & ob causam intercedere potest.

7 Sed omnino tenenda est contraria sententia in supradictis donationibus opus non fesse infuinatione, quia esto donationes sint, non sunt tamen propria & perfecta, sed à natura donationis deficiunt. Nam de donatione reciproca quæ potius induit naturam permutacionis, quam donationis habetur expresse leg. sed est lege §. consuevit ff. de donationib. De donatione remuneratoria deciditur. leg. Aquilius regulus verbo non meram ff. de donationib. ibi dixi posse defendi non meram donationem esse, verum officium magistri quadam mercede remunerarum regulum. Denique de donatione ob causam inquit leg. hoc iure §. Labeo ff. de Donationib. extra causam donationum esse talium officiorum mercedem, vt puta si tibi affuero, si satis pro te dederò, si qualibet in re opera, vel gratia mea vltus fueris, & §. vlt. eiusdem legis, & tituli inquit textus. Sed hæc stipulationes quæ ob causam sunt non habent donationem. At decretum infuinationem exigens odiosum est, vt potè libertatem donandi diminuens ergo intelligendum tantum est de donatione propria, & perfecta, quæ ob solam liberalitatem, & munificentiam exercendam instituitur. iuxta leg. 1. ff. de donationib. Non autem de his donationibus quæ à natura donationis deficiunt. Atque ita sufficiunt ex communi sententia plures referens Tiraquel. leg. si vn. quam verbo donatione largitus num. 127. & 143. Gabriel. com.

mun. lib. 3. tit. de donationib. conclus. l. Ant. Gom. tit. 2. variat. c. 4. n. 10. Iulius Clarus lib. 4. rece. var. sentent. §. donat. q. 2. n. 2. & q. 16. n. 5. Mol. l. 2. de primog. 8. n. 15. & leg. Mol. Iulius tract. 2. disp. 279. r. donato item Matien. lib. 5. compilat. tit. 2. leg. 2. Gloss. 3. n. 20. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 3. tract. 4. c. 1. n. 4. Rebell. de obligat. iustit. 2. p. lib. 18. q. 6. in fine Barbosa de post. Episc. 2. p. allegat. 20. n. 18. & 19. & alij passim.

Ab hac tamen doctrina merito excepti Arias Pinel. leg. 1. Cod. de bonis matern. 3. p. n. 62. corol. 19. & cum illo Mol. disp. 275. §. Arias. Pinellus, donationem patri à filio factam tempore emancipationis quæ est videtur in gratiam beneficij emancipationis facta, at tamen infuinatione indiget si summam excedat, cò quod ea donatio si attentè spectetur remunerata non sit. Non enim beneficij emancipationis relinquunt filio remuneradum, id est ipsa lege remuneratum est medietate viusfructus bonorum aduentitiorum. Aliàs hæc via facillè possent filij à parentibus spoliari, ideoque in eorum donationibus æque ac in extraneis requisita infuatio est. leg. data Cod. de donationib.

Quinto donatio causa mortis cuiusvis quantitas infuinatione non indiget. Vt habetur leg. fin. Cod. de donat. causa mortis, & ibi Glossa & Doctores. Anton. Gom. d. c. 4. num. 18. Petr. Duenas regula 2. 24. n. 2. Matien. leg. 7. Gloss. 6. q. 10. lib. 5. compilat. Mol. disp. 279. circa finem.

Hinc quæstio nascitur, an donatio pura, & simplex inter patrem, & filium, inter maritum & vxorem quæ à principio valida non est morte tamen confirmatur infuinatione indiget, si excedat taxam legis? Negatiuam partem vult expresse Bald. leg. si mortis col. 2. Cod. ad leg. Falcidianam, vtrum, d. leg. vlt. Cod. de donat. causa mortis, hæc enim donationes habent vim relictionis, & quæ notatur Authent. ex testam. Cod. de collationib. Sed longè verior est contraria sententia nimirum infuinatione indigere, ac proinde morte coniugis non firmari quoad excessum. Vt alios referens docuit Tiraquel. in leg. si requam verbo liberis n. 205. Sanch. lib. 6. disp. 14. n. 24. Matien. leg. 7. Gloss. 6. n. 10. tit. 10. lib. 5. compilat. & probat expresse Textus in leg. d. maritones quas parentes Cod. de donationib. Ratio est manifesta, nam morte firmati non possunt donationes irritæ, & inuicem sed quæ validæ sunt tamen si reuocabilitate donationis patet, & simplices inter patrem, & filium, inter maritum & vxorem quæ indigent infuinatione, si excedant taxam legis, ac inter alios extraneos. Vt decidit dicta lex donationes quas parentes. Ergo deficiente infuinatione nullæ sunt quoad excessum, ac proinde morte confirmari non potuerunt.

Notanter dixi quoad excessum, nam quoad quantitatem à lege permittam, est Salicet in comment. ad leg. donationes quas parentes Cod. de donat. inter vir. & vxor. Socin. Senior. in leg. 1. n. 97. ff. soluto matrim. & cons. 115. lib. 4. Iason. in leg. 1. §. sed si mihi ff. de verb. obligat. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. num. 67. & alij relati à Gabriele tit. de donat. conclus. 7. censent neque quoad taxam permittam morte confirmari ex dicta leg. donationes quas parentes merito docuerunt contrarium Ant. Gom. tit. de donat. c. 4. post. n. 17. Andr. Fachin. lib. 3. controu. c. 7. 2. Sanch. lib. 6. de matr. disp. 14. n. 15. & alij plures, quos ipsi & Gabriel. supra referunt. Primo quia vlt. per inutile vitari non debet. cap. vlt. de reg. iur. lib. 6. leg. 2. §. sed si mihi ff. de verb. obligat. secundo ex leg. sancimus. Cod. de donationib. vbi inquit Textus si quid ultra legitimam deficiat, nem fuerit donatum hoc quod superfluum est: antinimodo non valere, reliquum vero quantitatem, quæ intra legis terminos constituta est in suo robore perdurare quasi nullo penitus alio adiecto. Tertio ex leg. si quis pro redemptione. Cod. de Donationib. vbi expresse statuitur donationes non infirmas validas esse vsque ad solidos quingentos. Neque obstat lex donationes quas parentes, nam ibi solum deciditur donationem inter patrem & filium infuinatione indigere sicuti reliquis.

P V N C T V M XXIV.

De donatione omnium bonorum.

¶ Vilibet necessarium est scire quæ donare possit ne incidens libertatem exercere in prodigalitate incidat, & ad miseriam deueniat.

§. I.

Quæ donatio ratione quantitatis iure communi, & regio Castella prohibeatur?

- 1 Iure communi inspecto prohibita est donatio omnium bonorum presentium, & futurorum & quid regio Castella.
- 2 Hæc donatio ita est nulla, vt ex nulla parte firmitatem habeat.
- 3 Donatio causa mortis esto esse omnium bonorum, vult.
- 4 Aliquibus placet donationem inter viuos omnium bonorum non esse ipso iure irritam, sed rescindendam.
- 5 Dissoluitur ratione, quibus hoc probatur.





- 6 Sub donatione omnium bonorum bona immobilia mobilia, iura, & actiones comprehenduntur.
- 7 Si donares bona sita in tali loco non comprehenderes iura & actiones.
- 8 Sub donatione hereditatis omnia bona tam praesentia, quam futura continentur.

1 **C**ommunis est omnium sententia iure communi inspecto prohibita esse donationem omnium bonorum praesentium, & futurorum. *leg. stipulatio hoc modo concepta ff. de verbor. obligat. leg. omnes §. Lucius ff. quae in fraudem creditor. At inspecto iure nostro regio leg. 69. Tauri quae hodie est lex 8. tit. 10. lib. 5. noua collect. donatio omnium bonorum praesentium nulla est. Si tamen quis donare futura tantum valida esset donatio, quia inspecto iure communi ut irrita sit donatio continere debet bona praesentia & futura, & inspecto iure nostro regio continere debet bona praesentia. ergo donatio futurorum nulla lege prohibetur. Vt bene aduertit Ant. Gom. tit. 2. var. c. 4. numer. 24. Gutier. in reperi. car. quomodo pactum in princ. n. 20. & seqq. Azeved. leg. 8. tit. 6. lib. 5. comp. lib. 5.*

2 **E**it igitur haec donatio ita nulla, vt ex nulla parte firma subsistat. Nam cum donatio est de bonis praesentibus, & futuris nulla adest specialis ratio ob quam de bonis futuris potius quam praesentibus intelligatur. Cum vero est de bonis praesentibus non adest causa quae haec bona potius quam illa determinet, nam haec determinatio ex lege prouenire debet. Sicuti contingit in lege institutionem exigente, quae tamen nulla esset: corruerit donatio ob indeterminationem *leg. si liberis minorens §. si quis plures ff. de iure patronat. vbi donatio plurimum rerum vno impetu facta in fraudem & praedictum legis annullatur ob indeterminationem. Atque ita tradit ex communi Ant. Gom. leg. 69. Tauri n. 2. Petr. Duencas reg. 2. 19. ampliat. §. Gutier. de iuram. l. p. c. 11. n. 3. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio quae sit. 20. numer. 2. Matien. leg. 7. tit. 10. lib. 5. compilar. Gloss. 1. n. 4. Mol. tract. 2. disp. 280. §. dubium est.*

3 **D**ixi donationem inter viuos nam causa mortis valida est donatio omnium bonorum tam praesentium quam futurorum, quia haec cum reuocabilis sit non auferit potestatem testandi, nec donantem miserum reddit. Vt, diximus supra eam de donatione causa mortis fuerimus locuti, & supponant communiter omnes: & tradunt Clarus §. donatio q. 19. n. 7. Mol. lib. 2. de primogen. c. 10. n. 14. Mol. Isuta. disp. 280. post mod. Denique dixi etiam si reuocabilis sit, vt esset donatio quam sibi coniuges, & fratres mutuo faceret, vt qui superstes esset alterius bona omnia haberet, nam ex vi huius donationis etiam facultas testandi impeditur, quae est ratio annullandi donationem omnium bonorum, vt Doctores frequentius tradunt. Non enim Reipublica bene instituta congruit ciues suos intestabiles habere, nec miserè, & infeliciter viuentes quarentes alimenta quae ipsi in donatarium transferuntur, & occasionem ipsi praebere luxu mortis captandae, cum ante mortem re, & facto haeredem instituant.

4 **C**eterum non defuerunt doctores. Alciat. ad leg. vlt. n. 72. Cod. de pactis Bald. Salicet. Angel. ibi, asserentes donationem omnium bonorum validam esse ipso iure tamen veniat infirmam. Ducuntur quia ex vi donationis praesentium, & futurorum non admittitur donanti potestas testandi; potest namque aliqua acquirere. Tam si ei donatur ea conditione, ne ad donatarium deueniant, tum si donataris futurorum acquisitione incapax reddatur, tum ob suppellectilia vltis, & quae ad vitam transigendam necessaria sunt, quae censenda sunt ei relinqui, ne obligetur ultra quam facere possit, ex quibus restari possit. Tum ob donationem omnium bonorum ad pias causas quae esto auferat potestatem testandi, & donantem in paupertatem deiciat, & quasi haereditas sit institutio non obinde irrita est.

5 **S**ed his satisfacies. Nam ad primum die leges non spectare contingentia, sed moraliter euentura. Ad secundum nego ea donationem non transferri vestes, suppellectilia, aliaque vitae necessaria, transferuntur inquam in donatarium quoad eorum dominium, tamen si donanti ex voluntate donatarij relinquuntur. Ad tertium mirum non est fauore causae pie aliquem priuari posse potestate testandi, quod ob alias causas non expedit.

6 **S**ub donatione omnium bonorum comprehenduntur bona mobilia & immobilia, iura, & actiones. Quocirca si omnia bona tua mobilia, & immobilia praesentia, & futura donares, & in regno Castellae bona mobilia & immobilia praesentia, neque exprimeres iura & actiones; communis sententia quam referunt, & sequuntur Tiraquel. lib. 1. de retractu §. 1. Gloss. 7. n. 9. Arias Pinel. in Rub. Cod. de bonis mater. l. p. n. 24. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio q. 19. n. 5. Gutier. de iuram. l. p. c. 11. n. 16. Mol. tract. 2. disp. 280. §. verum autem. Matien. lib. compilar. tit. 10. leg. 8. Gloss. 1. n. 6. & alij apud ipsos affirmant validam esse donationem, cuius fundamentum est, quia in hac donatione non militat finis legis prohibentis donationes omnium bonorum, cum non adimatur donatori testandi facultas. Quippe appellatio bonorum mobilium, & immobilium non comprehenduntur iura, & actiones quae tertium genus bonorum constituunt. Vt probat leg. à Diso Pio §. in venditione ff. de re iudicata. & leg.

quam Tuberonis §. in peculio ff. de peculio. Ergo facta donatio bonorum mobilium, & immobilium non censetur donare iura & actiones, ac proinde de ipsis testari poteris.

Hoc autem intelligendum est, modo iura & actiones habeas, nam si nullum horum possides conuincitur omnia tua donasse. Deinde ne velis sub ea generalitate iura & actiones comprehendere, tua enim intentio potius quam verbis standum est leg. vnica Cod. quae res pignori. Sic Matien. n. 6. Gutier. n. 20. Pinel. n. 20. Mol. loc. cit.

Ad idem est si donates omnia bona sita in tali loco, vel vbiunque sita, eo ipso non est censendus donare iura & actiones, quia iura, & actiones loco non continentur. *leg. Caius ff. de legum. 2. & leg. si fideicommissum §. iradunt. ff. de iudiciis. vnde si aliqua iura, vel actiones habeas, ea donatio non censetur esse omnium bonorum, ac proinde neque iure reprobata. Vt aduertit Pinel. in Rub. de bonis mater. l. p. n. 10. Roland. à Valle cons. 65. n. 7. lib. 1. Iulius Clarus q. 19. vers. pariter Gutier. de iuram. l. p. c. 11. n. 16. Marcen. leg. 8. tit. 10. lib. 5. Gloss. 1. n. 7.*

De donatione autem hereditatis, esto graues Doctores. Alciat. leg. vlt. n. 81. Cod. de pactis, & ibidem Ialon, Decius, & Purpurat. n. 145. Craucta cons. 139. n. 6. censent sola bona praesentia sub ea donatione comprehendi, ac proinde extra regnum Castellae validam esse. *argum. leg. quae sum §. si quis mihi seruus ff. de legat. 1. & ibi Gloss. verbo hereditatis. atamen communis, & vera sententia quam referunt, & sequuntur Bartol. in dist. a leg. vlt. Cod. de pactis Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio q. 19. vers. sed quero. Gutier. de iuram. l. p. c. 11. n. 4. & in fine Mol. disp. 280. §. dub. est. Fachin. lib. 6. controu. c. 94. censent omnia bona praesentia, & futura iura & actiones quae quis tempore mortis habuerit sub ea donatione comprehendi, nomine enim hereditatis vniuersum ius defuncti intelligitur. iuxta leg. nihil aliud ff. de verbo. significat. Neque his repugnat lex quae sum, nam esto ibi hereditas pro bonis praesentibus accipiatur non inde inferendum est absolute & in vniuersum pro ipsis tantum accipi debere. Praeterea hereditas relinqui in testamento potest, non tamen donati contractu inter viuos. Vt decidit leg. hereditas. Cod. de pactis conuentis, & leg. pactum quod dotali. Cod. de pactis. leg. ex eo. Cod. de inutil. stipulat. Quinimo satis est difficile, & inter doctores controuersum, possit ne hereditas donatione causa mortis concedi: cum haereditas institutio non donatione, & contractu, sed testamento, & vltima voluntate perficiatur, de quo Fach. d. l. c. 95.*

§. II.

An donatio omnium bonorum valida sit si iuramento firmetur?

- 1 Affirmant plures.
- 2 Non firmatur haec donatio iuramento.
- 3 In regno Castellae non est valida donatio omnium bonorum praesentium quam iuramento vallata.

**P**ostamus loqui tam inspecto iure communi, quam nostro regio. Et quidem quoad ius commune atinet, quod donationem omnium bonorum praesentium, & futurorum infirmat, non delunt graues doctores, quos referunt, & sequuntur Couar. in Rub. de testam. 2. p. n. 5. Fach. n. lib. 6. controu. c. 88. Molin. Isutura d. sp. 280. v. antequam Less. lib. 2. cap. 18. dub. 13. n. 96. Pual. Laym. lib. 3. sum. s. 5. tract. 4. cap. 12. q. 4. affirmantes valere dictam donationem. Ducuntur quia adimere tibi facultatem testandi malum non est quia potius honestum, cum ex causa honesta prouenit, vt contingit cum quis in redemptionem captiuorum, in aliamque piam causam sua bona erogaret. Quod haec causa praestat, cur non praestare debet iuramenti religio, & obseruatio? Adde iuramentum testandum est quoties non vergit in dispendium salutis aeternae cap. cum contingat de iurando cap. quamuis pactum de pactis lib. 6. at adimere tibi facultatem testandi referatis alimentis ad vitam necessariis non vergit in dispendium salutis aeternae vt probatum est, ergo.

Nihilominus tenenda est communiore sententia asserens hanc donationem iuramento non infirmari, vt pluribus relatis docent Ant. Gomez, leg. 69. Tauri. n. 3. Iulius Clarus v. donatio q. 20. n. 1. Mol. de primogen. lib. 2. c. 10. n. 11. Gutier. c. 11. de iuram. n. 11. Petr. Duencas reg. 119. ampliat. 2. Gama. decis. 386. Matien. leg. 8. tit. 10. lib. 5. Gloss. 1. n. 2. & ibi Azeved. n. 4. Ducuntur licet quidem fundamento, quia haec donatio auferat facultatem testandi, & praebet occasionem captandae mortis, ac proinde est contra bonos mores. Non igitur confirmari iuramento potest, sed hoc fundamentum ex probatione prioris sententiae corruerit. Quapropter eam existimo esse rationem, iuramentum quod praedictam donationem roborare debet, non est iuramentum de donandis omnibus bonis, esse enim iuramentum alicuius actus vani & inutilis, & à lege reprobati, ac proinde iniquitatis, neque etiam esse potest iuramentum de sustinenda, & non reuocanda donatione omnium bonorum alioquin irrita & nulla, quia in ea negatione non speciat aliquis virtutis actus, quin potius oppositum conuenientius